

Ritus Electionis Senatorum et Scabinorum Gevani. NB.

Fit plerumq[ue] die 17 vel 18 Martii, quia eo mense A. 1313 Muri Civitatis primaria in-
choati cum templo Mariano. Mane habetur Concio in Templo cum precibus pro felici
actu Electionis et conservatione Magistratus et Civium.

Postea conveniunt in Conclavi Senatorio omnes primariae et Vet. Civit. Senatores, Agro-
rum suffragia iunior Senator ab ipsis (si praestito prius iuram. Elect.) recipit, quos postea
leguntur. Cum Campana prima vice pulsatur tunc, praesente Secretario, omnes in
Senatu praesentes stantes iurant, se bona conscientia sine gratia et odio aut pretio
electuros viros idoneos ad officia vacantia. Post remoto Secretario eliguntur in
vacantia Senatorum loca ex Scabinatu nonnulli; (sunt iudam suffragium minus, Jan
duo auctor etc.) servant tamen loca non prout in serie iam eliguntur, sed prout sedent
in Scabinatu: Demum in vacantia Scabinorum loca alii. Quando Proconsul eli-
gendus est, tunc quatuor Senatores, quos maiora suffragia designant, ex conclavi disce-
dunt, et interim ex istis quatuor unus eligitur per plura numero suffragia, eo peracto,
isti quatuor singulatim unus post alterum revertuntur in Senatum, et votum suum
dant. Tandem qui plura habet suffragia à Praeside proclamatur.

Nota quod Consules⁵ Veteris Oppidi unicum saltem habent votum, effis omnes sint praesentes,
Syndicus nullum, qui nec adesse solet huic actui.

Postmodum secunda vice pulsatur campana, tunc Praeses, Vice-Praeses, Iudex primar. et Vet.
Urbes, Mosthufmunder Baur der altem Stadt, et alii qui annuam tantum habeant functionem
resignant officia sua Senatui; quo peracto aperiantur literae Regiae designantes novum
Burggrabium, demum novus Praeses ex ordine designatur, et novus Pro-Consul fit eius an-
ni Vice-Praeses, postea Iudices utriusq[ue] Urbis plerumq[ue] secundum ordinem sedendi, vel descen-
dendo, vel si non sint descendentes, iterum ascendendo designantur per suffragia consue-
tenda.

Si quid in Senatu inter discordantes componendum, vel aberrantes ab ordinatione reprehenden-
di, id peragitur. Tandem accersitis utriusq[ue] Urbis Scabinis, datur tertio signum cam-
pana, ut in foro confluant cives. Et Senatus, ordine elapsi anni servato, procedunt ex
Senaculo in Salam Ordd. (Matthiiba) ibi antiquus Burggrafius locum insignidrem solus
occupat.